Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749126-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749126-p0002-2

B7

No. V.

MISCELLANEÆ THESES.

Quas
Occaſione Diſcurſuum publicorum
collectas,
SUB PRÆSIDIO
JOANN à SCHULTZ
SZULECKI, JCT.
privato-publicæ disquiſitioni ſubmittunt
Reſpondens
JOH. SIGISMUND. de CZETTRITZ
& Opponentes
DD. de MIESITSCHECK & CROHN.
d. 3. Februar. M D C C II.

Francofurti ad Viadrum,
Typis TOBIÆ SCHWARTZII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749126-p0003-8

I.

NEqve occupationis, neqve acceſſionis, neqve Specificationis jure partus ita ſeqvitur conditionem, Matris liberæ, ut hæc potius quoddam jus poteſtatis præ Patre in liberos conſequatur. Jus enim perſonæ in perſonam non pertinet ad ſecundam Juris partem, qvæ jus rerum dicitur, ſed ad primam, nimirum ad jus perſonarum.

II.

Ex qvo jure demonſtrari poteſt, utrisq; Parentibus poteſtatem in Liberos competere; In Liberos qvidem legitimos Patri ſoli, conſenſu qvippe Matris expreſſo vel tacito, ex naturâ ordinis Conjugalis, neceſſario accedente, niſi Mater expreſsè ſibi poteſtatem in Liberos reſervaverit. Aſt in Liberos illegitimos ſoli matri Imperium potius & poteſtatem competere, etiamſi Pater certus demonſtrari poſſit, non tantùm ex jure Civili, ſed etiam N. & G. deduci poteſt.

III.

Leges JCtorum in Pandectis collectæ, qvibus controverſiæ de Specificationis materiâ deciduntur, pleræq; ex Scholâ Stoicorum originem trahunt. Non deeſſet qvidem illas impugnandi, potior tamen pro iis defendendis ratio militat.

IV.

Jure N. nemo jure Dominii in res ſuas privari poteſt ob delictum; Neqve etiam Jure G. imò nec Jure Civ., etiamſi crimen atrox ſit, niſi tale ſit, qvod ſecuritatis publicæ cuſtodiam vel juris acquiſiti fundamentum evertit.

V.

V.

Uſucapionem Juri Nat. non adverſari; Jure G. tanqvàm neceſſarium, Jure verò Civili cujusq; populi tanqvàm utile remedium inventum, agnoſcimus.

VI.

Jus in perſonas nec uſucapi, nec præſcribi poteſt regulariter; niſi accedente expreſſo vel tacito conſenſu, modò in conſentiente non ad ſit moralis turpitudo. Jus verò in res & uſucapi & præſcribi poteſt certo in caſu, ſivè bona ſivè mala fides in primo acqvirente adſit. Ipſa verò præſcriptio poſſeſſionis, non verò conſcientiæ ſecuritatem præbet; Aſt uſucapio conſcientiæ ſimul conſulit.

VII.

Donari poſſunt res non tantùm in Commercio privatorum, ſed etiam extra illud exiſtentes, ita, tamen ut obligatio perſonam, non rem donatam afficiat.

VIII.

Donatio mortis causâ prudentiſſimum remedium consulendi eſt multis incommodis humanis medendis, & præferri meretur teſtamenti factioni.

IX.

Pupillus qvandoqve donare poteſt; Fœmina etiam, ſed hæc fidejubere neqvit, cum tamen fidejuſſio minor gradus ſit alienationis, qvàm donatio.

X.

Poſſunt Prælati vel alii Adminiſtratores Eccleſiaſtici partem rei Eccleſiaſticæ donare alicui certis in caſibus: Principi verò ſi donetur, non donum eſt, ſed ſubjectionis & obſeqvii teſſera: Ingenii luſus eſt in expreſſione: *Don gratuit.*

01 A 6541
f
ULB Halle 3
003 090 396
TA → OL
KD 18
VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749126-p0008-6

No. V.

MISCELLANEÆ THESES.

Quas

Occaſione Diſcurſuum publicorum

collectas,

SUB PRÆSIDIO

JOANN à SCHULTZ SZULECKI, JCT.

privato-publicæ diſquiſitioni ſubmittunt

Reſpondens

JOH. SIGISMUND. de CZETTRITZ

& Opponentes

DD. de MIESITSCHECK & CROHN.

d. 3. Februar. M D CC II.

Francofurti ad Viadrum,

Typis TOBIÆ SCHWARTZII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749126-p0009-5